et Privilegiorum eiusdem Episcopatus Nobilium. Non obstante hypotheca et Iure aduitali Generosi Magdelij, nec obstante decreto quod inter eundem, et Ill^{mum} Jacobum Curlandiæ et Semigalliæ Ducem emanauit. Cum res inter duos acta, tertio videlicet Ecclesiæ preiudicare non possit.

Transumptum Literarum attestationis mag. olim Joannis Iablonouski pro tunc Marschalci Nunciorum Terrestrium in Comitijs gnalibus anni 1640.

Quod ducitur hudi Causa Epatus Piltinen à multo tempore in Comitijs gnalibus fuisse agitatam non tamen hactenus ob alia pregnantia Reipublicæ negotia esse cognitam et definitam, sed tandem ad futura Comitia reiectam.

Sequitur Suptum Transumptum Litterarum D. Iablonouski Polonico Idiomate.

Refutatio pretensionis Ill^{mæ} Domus Ducalis Curlandiæ in Districtum Piltensem

Quandoquidem Animal quoduis irrationale ad iniuriæ sensum ab ea se tueri, quantum potest, natura stimulante conatur, exemploque præsertim usu rationis, et animi affectibus imperare, defensionemque ad normam recti temperari nouit, ad se remque suam tuendam hoc naturæ beneficio uti licebit. Non debet igitur quispiam nec uitio, aut Crimini